« Item idem magister Franciscus procurator et procuratorio » nomine dicti domini Mastini, et pro eo et dicto domino Alberto » fratre suo, castrum, terram, et fortilitiam Baxani cum districtu, » jurisdictionibus et pertinentis suis, voluntarie, libere et expedite » et omni modo et forma, quibus melius et efficacius potuit et po- » test, dedit, concessit, tradidit et dimisit, dat, concedit, tradit et » dimittit cum omnibus dominiis et honoribus ipsis dominis Alberto » et Mastino pertinentibus in eisdem prefatis domino duci et Com- » muni Venetiarum, et in manus, fortiam et bailiam ipsorum do- » mini ducis et communis et prenominato domino Nicolao Pistorino » sindico et sindicario nomine eorumdem domini ducis et commu- » nis stipulanti et recipienti ad faciendum et disponendum de ipsis » ad sue beneplacitum voluntatis. Ita tamen quod cives et distri- » ctuales Vincentie et dictorum dominorum de la Scala, qui habent » terras possessiones et bona in dicto loco Baxani, vel districtu et » pertinentiis ejus et de jure eis spectantes et spectantia gaudere » possint eisdem et eas et ea habere, tenere et possidere pacifice » et quiete, ac fructus, redditus et proventus dictarum possessio- » num et bonorum deferre et deferri facere ad civitatem Vincentie » vel districtum sine impedimento aliquo, exactione vel gravamine. » Et e converso intelligatur et servetur in hominibus et personis » Baxani, qui haberent terras, possessiones et bona in Vincentia » vel districtu (1).

» minatis domino duci et communi Venetia- » rum, ita ut locis nominatis a Brenta versus » territorium Tarvisii, hoc est a Baxano, pre- » dicti domini de la Scala imposterum se se » ingerere vel intromittere non possint.— » Item arcem Castribaldi cum pertenen- » tiis suis et territorium ad Athesim ver- » sus territorium paduanum, uti teneri so- » lebat per dominum Canem grandem de » la Scala, libere et expedite relinquatur » prefato duci et communi Venetiarum. » Pons insuper et catena Athesi impositi » auferantur, nec unquam eo in loco repo- » ni possint: et turris ad alteram Athesis » ripam prorsus destruatur. » Quind'innanzi un altro brano presso il Verci si legge esatto: ma poscia vi si allontana e ne tronca il documento, poco meno che di tre quarti.

(1) Qui finisce il brano esattamente portato dal Verci: dopo di esso ne incomincia un altro, che io nominava poco dianzi, alterato e mutilato essenzialmente. Ne porterò qui le parole, acciocchè se ne possa fare il